pmo ... deniq. pt

excluderet eos ab affectu pater[...] regnandi his
spem omnem ademit. Itaut publice con[...] testamento solus
imperii successor designaretur. missus romam ad caesare[m]
praeter insigne diadematis omni ornatu cultuq. regio ful
ciebatur. Inde in iudaeam regressus. aucta erga se cae
saris plurimorumq. inlustrium uirorum gratia exigui pro
pe temporis interuallo tantum praeualuit ut etiam ma
trem coniugio patris redderet. geminisq. armis adu
landi arte et insimulandi uersutia. ita germanos urgere
apud patrem coepit. ut pater filiis necem pararet
deniq. furens animi romam petiit. attracto secum alex
andro. quem reum magiciae aduersum se criminis ante
caesarem statuit. Ille data sibi copia deplorandae
calamitatis aerumnarumq. omnium. cum uideret sibi
suppetere et tanti iudi[ci]s auctoritatem. qui nec ab herode
transduci per gratiam posset. nec ab antipatro circum
ueniri nihil praeter eundum ratus. flagitia patris qua
dam perstrinxit modestia. ut nec urgeret tamquam ac
cusator uideretur nec occulta esse sineret. Cum plurimum
causam iuuaret. siue ob necis maternae dolorem pater
nis pectoribus demonstrauisset. In talib; enim iudiciis nihil
magis liberos grauat. quam naturae pietas. et pietatis
auctoritas. quae si aliquo traducantur flagitio. prae
iudicium minuitur. praerogatiua excluditur. ubi uero
ad obiecta patris uentum ualidis refellens assertionib;
alienum sceleris primo fratrem demonstrauit. qui suo
rum esset consors periculorum. quem innoxium in crimen
uocari ingemescebat. adstipulabatur purae consci
entiae agendi uis et dicendi peritia. nihil sibi ac fratri
relictum honoris. sublata omnia per scelus germani
patrisq. facilitate amarissime deplorabat. necem sibi
inrogari quam pater eousq. expetat. ut crimen adiciat
flagitium adiungat. Quibus dictis coegit in lacrimas
uniuersos atq. eo sortem deduxit iudicii. ut caesari
accusatio non probaretur. pater reconciliationem
amplecteretur. Id gratum ammodum et praecellentis
simum